



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

IV. Investigatur mens Eusebij de Tetraplis, Hexaplis, & Octaplis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A primum & oppositas exploremus sententias, inde ad temperatas & medias progrediamur. Atque hunc modum servavit Origenes in collocandis interpretationibus.

IV. Nunc ea quam dedimus Tetraplorum, Hexaplorum, & Octaplorum descriptio an Eusebij rationibus consentiat, anquiramus. Scribit ille Origenem τὰς ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν ἑρμηνειῶν ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν. Euseb. lib. 6. c. 11. p. cap. 16. Scripturas primigenias ipsi Ebraeorum literis descriptas, comparasse. Hæc aliter intellexit vir doctus, atque ita reddidit: comparasse eum sibi Scripturas, quæ apud Iudeos prototypis Ebraeorum literis descriptæ esse feruntur: Prototypis autem Ebraeorum literas, ipsa esse Samaritarum elementa asseruit; velle igitur id sibi Eusebium Samaritanis Scripturæ codicibus usum fuisse Origenem, eademque in Hexapla inferuisse. Verum qui propius ad locum hunc Eusebij mentem at-

B tenderit, plane alium inde sensum extundet. αἱ ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν ἑρμηνειῶν ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν. nihil aliud sonat, quam primigenia Scripturæ quæ apud Iudeos circumferuntur; non vero, quæ apud Iudeos prototypæ Scripturæ esse feruntur: dixisset quippe, ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν. Quod si id sibi voluisset Eusebius, cur eas potius ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν, quam apud Græcos, Hellenistas, aliosque dixisset, qui Samaritanas literas antiquiores esse Iudaicis una cum Iudeis fatebantur? Quis putet denique Hexaplis, ad Scripturæ illustrationem & publicam utilitatem concinnatis, Samaritarum exemplaria inferuisse Origenem, Iudaica neglexisse; cum angustis finibus coëreteretur Samaritica illa gens, latius vero Iudaica pertineret? Quod si quis exemplaria utraque locum sibi in Hexaplis vindicasse diceret, non ergo Hexapla vel Octapla; sed Heptapla, vel Enneapla dicenda erant. Constat certe hoc capite Euse-

C bium Ebraica exemplaria Græcis interpretationibus opposuisse, quarum ratione veritatem Ebraicam merito ἀποκριτικῶς ἑρμηνείας appellavit. Profecto Epiphanium, Hieronymum, & Rufinum stupor ingens occupasset, si editiones ac columnas Hexaplorum accurate percensentes, Samariticam prætermississent. Non ergo verum est Samaritani Codicis testimonia, quæ occurrunt in scriptis Patrum, ex Origenis Hexaplis fuisse petita; sed certo certius est usos fuisse Patres Græca interpretatione Samaritani exemplaris. Maneat igitur loco huic Eusebij vulgata sua & recepta sententia. Addit deinde Origenem, præter editionem Interpretum Septuaginta, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, duas præterea protulisse in lucem, alteram Nicopoli, alteram in alio quodam loco repertam. Tum ait: ἐν τῷ

D μὲν τῶν ἑξαπλόων τῶν ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν τὰς ἑπτάμηνους πέντε ἀποκριτικῶν ἑρμηνειῶν, ἡ μὲν τῶν πέντε, ἀλλὰ καὶ ἑπτε, καὶ ἑξήκοντα ὡς ἰσχυροῦς ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν, ἡ δὲ μὲν ἀπὸ τῶν ἑπτάμηνων. ὡς ἐν ἑρμηνείᾳ ἀποκριτικῶν ἐν πέντε καὶ τὰς ἑξήκοντα ἀποκριτικῶν τῶν ἰουδαϊκῶν ἑρμηνειῶν. Hæc verba parum hæcenus intellecta explanare operapretium est: In Hexaplis quidem Psalmorum, post insignes quatuor Editiones, non Quintam solum, sed & Septimam adiungens interpretationem, in singulas versus columnas descripsit: ut pote quæ Hierichunte reperta sit in doliis temporibus Antonini, cuius qui fuit Severi filius. Ἡ μὲν locutio est Tacitæ, quæ res significatur in unum versum collocata à fronte ad tergum. Optime docet Budæus quid sint τῶν ἑπτάμηνων, nempe naves ita instructæ, ut unica in fronte sit, reliquæ pone sequantur in versum porrectæ. Ita ἡ ἐν τῷ ἑξήκοντα ἑπτάμηνων ἑρμηνείᾳ. milites sunt in unum versum à fronte ad tergum instructi. Hanc locutionem eleganter huc transfudit Eusebius: quoniam enim per longas & angustas columellas digestæ erant Editiones in Hexa-

E plis, propterea ἡ μὲν ἑπτάμηνων esse dixit. Sua quoque vis inest vocabulo ἀποκριτικῶν. ἀποκριτικῶν præter alias significationes, sonat etiam, scriptum aliquod ad aliud adhibere, adhibere, ut superius observatum est. Igitur, ἡ μὲν ἀποκριτικῶν hoc est, in singulas columnas describens ad priores adhibuit. Perperam hæc accepit Nicephorus libr. 5. cap. 11. ait enim: ἡ ἀποκριτικῶν ἑρμηνείᾳ, ἡ δὲ μὲν ἀπὸ τῶν ἑπτάμηνων ἑρμηνειῶν ἀποκριτικῶν. Nec difficultate caret quod subest apud Eusebium, Origenem ad reliquas interpretationes adiecisse septimam, quod Hierichunte in doliis imperante Caracalla reperta sit. Idem habet Zonaras. Certum est ex Athanasij & Epiphanijs auctoritate Quintam Editionem Hierichunte in doliis fuisse repertam imperante Caracalla. Addit Epiphanius una repertos esse libros alios, cum Ebraicos, tum etiam Græcos. Quod si ex his fuisse septimam illam Psalmorum editionem dicamus, ita cum alijs Eusebius conciliabitur. Opinantur quidam Septimam illam Editionem eandem esse ac Lucianeam, hoc argumento, quod Athanasius, sive Synopseos auctor Luciani editionem septimo loco recenscat, & Septimam appellet: sed multum falluntur; nam Luciani editio ipsa fuit ἑρμηνείᾳ, post Origenis ætatem correctæ & emendatæ à Luciano, ut tradit Hieronymus initio Epistola ad Suniam & Freteliam. Septimam vero Editionem, quæ Hexaplis intertextæ est, Hierichunte inventam esse imperante Caracalla Eusebius asse-

F verat: quod de ἑρμηνείᾳ certe dici non potest. Hexapla igitur illa Origenis, sive Octapla, quæ in alijs Scripturæ libris sex Græcis constabant editionibus, septem in libro Psalmorum continebant. Ita postmodum scribit Eusebius: τὰς ἑπτάμηνους ἑρμηνείας ἐπὶ τοῦ τοῦ συνηγαγῶτος, διαλάτῃ τε ἀποκριτικῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτάμηνων ἀποκριτικῶν ἑρμηνειῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἑξήκοντα ἀποκριτικῶν ἑρμηνειῶν. Sensus est: Has omnes cum in unum coniunxisset, & per

Euseb. lib. 6. c. 11. p. cap. 16.

Euseb. l. 6. c. 16.

inam A
scrip-
em di-
dium
m sita
hanc
nder.
detur
mentis
e scri-
7. τῶς B
n du-
ex enim
juuif-
Quod
in ex-
fuisse
m Gre-
que le-
legi li-
e Caf. C
s chata-
LXX
ensuit.
m com-
que de-
ordinem
m Sym-
propter
Græcis
m sub- D
net hoc
ἑρμῶν ἐν-
ἑρμῶν, ἑρμῶν
ἑρμῶν
n putet,
plures
nec ad-
breve
rum Bi-
priori E
la; huic
on.
dotioni
a solvere
opinatus
ta ordi-
em zate
mi Pra-
novi &
redunt R
videtur.
Ebraica
ignis re-
or. Vt ex
uti, veri-
inde In-
Hierony-
el sensum
Ordo au-
exercitas
primupi

cola distinxisset, & invicem opposuisset, una cum Ebraici contextus adjectione, Hexaplorum nobis exem- A plaria reliquit. Diximus *συμμιαν* id esse, scriptum aliquod ad aliud adycere; inde *συμμιαν*, scri- pti alienum ad aliud adjectio. Itaque *εβραϊαν συμμιαν*, est Ebraici exemplaris ad reliquas in- terpretationes appositio. Hac prater legitimam sententiam à nonnullis alio detorta sunt.

Post Hexapla, ex quatuor Editionibus, Aquilæ, Symmachi, Septuaginta Interpretum, & Theodotionis simul conjunctis & oppositis, Tetrapla conflavit Adamantius, ut tradit Eusebius, & post illum Zonaras. Nec enim aliud sonant hæc Eusebij verba: *ιδίως ἑκάστου, καὶ συμμιαν, καὶ θεοδοτιανῶν ἐκδοσὶν ἅμα τῇ ἑβραϊκῇ ἐν τοῖς ἑξαπλοῖς ἐπιγραφικαῖς βίβλαις*, quam cum post Hexapla, ex his quatuor Editionibus Tetrapla seorsum compegisse; non vero in Tetraplis seorsum digestas, & separatim discretas fuisse singulas interpretationes, ita ut suas singula paginas occuparent: in iisdem enim fuerunt paginis descriptæ omnes B ac invicem oppositæ, sive, ut ait Epiphanius, *συμμιαν*, qui & addit, si Tetraplis Græcis Dipla Ebraea fuissent adjuncta, prodiisse Hexapla; quod fieri certe non potuisset, nisi è re- gione invicem oppositæ essent in iisdem paginis Tetraplorum Græcicæ editiones, quemadmodum & in Hexaplis.

V. Animadversionem nostram requirit, quod idem ait Eusebius, collectis in unum sex Editionibus Græcis, & adjecto Ebraico contextu Hexapla nobis Origenem reliquisset; Psalmorum vero Hexapla Græcis editionibus septem constituisse. Eusebio consentiunt Scholia Romana in Editionem *ἑβδ*, in quibus nonnumquam super Psalmos Hexapla ci- tantur, Consentit & Epiphanius Har. 64. cap. 3. & post illum Zonaras, qui discrete pronuntiant Hexapla sex Editiones Græcas, cum gemina Ebraici textus descriptione fuisse C complexa. Quæri igitur potest, cur Hexapla dicta sint, quæ octo columnas habuere. Nec enim, puto, cum Erasmo & Magdeburgensibus sentit quicumquam *εβραϊα*, non à numero *εβ* appellationem esse sortita, sed à verbo *εβραϊσμός*, quod est, *explano*. nam unde factæ dice- rentur voces, *εβραϊα*, & *εβραϊσμός*; Respondent nonnulli Hexapla dicta, non à numero co- lumnarum, sed à numero Interpretationum sex; nulla habita contextus Ebraici ratione, qui inter Interpretationes numerari non debuit. Huic opinioni favere videtur Epiphanius loco mox allato, cum ait: *ὅτι ἕβραϊσμός ἑστὶν ἡ πᾶσα παραγραφή τῶν ἑβραϊκῶν ἐκδόσεων ἐν τοῖς ἑβραϊοῖς βίβλαις*. Ideo ut Verus omne Testamentum vs Hexaplis, & gemino Ebraico contextu fuerit comprehensum: ubi aperte Hexapla Græca à Diplis Ebraicis distinguit. Hexapla ergo, inquit, à sex Interpretationibus fuerunt denominata, quemadmodum Tetrapla à qua- D tuor, ac ideo falli qui Hexaplis vulgatas quatuor editiones Græcas, & exemplaria duo Ebraica assignant. Id si sit, palam sibi repugnaverit Epiphanius libro De ponder. & mensur. cap. 19. qui ita disserit: *ἡ εβραϊα γὰρ εἶναι τὰ ἐβραϊκά, ὅταν αἱ τὰ ἀντίδια, & συμμιαν, καὶ ἑβραϊσμός, καὶ θεοδοτιανῶν ἐπιγραφικῶν συμμιαν τῶν βίβλων. ἑβραϊσμός ἡ πᾶσα ἐκδοσις τῶν βίβλων ἐν τοῖς ἑβραϊοῖς, καὶ ἡ πᾶσα ἐκδοσις τῶν βίβλων ἐν τοῖς ἑβραϊοῖς, καὶ ἡ πᾶσα ἐκδοσις τῶν βίβλων ἐν τοῖς ἑβραϊοῖς, καὶ ἡ πᾶσα ἐκδοσις τῶν βίβλων ἐν τοῖς ἑβραϊοῖς*. Tetrapla enim Græcis constant, cum Aquila, & Symmachi, & Septuaginta Senum, & Theodotionis interpretationes simul conjunctæ sunt: quæ columna quatuor si Ebrai- cis duabus adiciantur, Hexapla dicuntur: quod si Quinta & Sexta interpretatio accesserint, sequitur Oclapla nominentur. Quibus adsonat Rufinus in interpretatione decimi sexti capituli libri sexti Historiæ Eusebij. Alio vero abit Nicetas, & Dipla Ebraica, quoniam idem omnino E continebant, pro una, eaque bipertita columna habita fuisse vult, atque illa cum *εβραϊα*, & Aquila, Symmacho, Theodotione, ac Quinta editione sex columnas constituisse, ac Hexapla inde fuisse appellata.

Erasmo. De
dist. &
lib. Orig.
Mag. lib.
Cont. 3. cap.
10.

Nicet. Theof.
orib. 6. lib.
4. Har. 31.

Has inter oppositas & repugnantes sententias, novam, & nisi me animus fallit, verissi- mam tueor. Falsum est, quod vulgo creditur Quintam, & Sextam Editionem universos Scripturæ libros fuisse complexas. Aliquot duntaxat continebant ex illis, eosque potissi- mum qui versibus constant apud Ebraeos. En tibi testem Hieronymum in Epistolam ad Tit. 3. 9. *Vnde & nobis cura fuit omnes Veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digesserat, de Casariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare; in quibus & ipsa Ebraea propriis sunt characteribus verba descripta, & Græcis literis tramite expressa vicino. Aquila etiam, & Symmachus, LXX quoque, & Theodosio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, & maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias Editiones additas habent, quam Quintam, & Sextam, & Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consecutas.* Itaque in in illa variarum Editionum coagmentatione, aliqui libri quatuor duntaxat constabant edi- tionibus, cum Diplis Ebraicis; atque hi libri erant vere *εβραϊοί*. Sex vero habebant edi- tiones Græcas, cum Diplis Ebraicis, alij libri per versum compositi, excepto Psalterio, nempe Proverbia, Ecclesiastes, & Canticum; ac proinde erant *εβραϊοί*. At libet Psalmo- rum præter geminas Ebraici contextus columnas septem editiones continebat, meritoque librum hunc *εβραϊοί* fuisse diceres. Igitur Opus istud Origenis partim erat Hexaplum, partim Oclaplum, partim Enneaplum: sed Septimæ editionis, quæ ad unum pertinebat